


Gottlob Friedrich Seligmann

Rector Academiae Rostochiensis, Gottlob Fridericus Seligmann/ Metaph. & Phys. Facult. Philos. Decan. ... Ad Frequendas benevole Exequias, Quas ... Puellulae, Catharinae Dorotheae, Filiolae ... Vir ... Dn. Henricus Conovius, I.U.L. & Practicus apud Nos famigeratissimus, paratas hodie cupit, Omnium Ordinum ac Dignitatum Cives Academicos, qua fas est, humanitate vocat ac invitat

Rostochi[i]: Weplingius, [1683]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770463185>


Druck Freier  Zugang



Seligmann, G. F.,
in C. D. Conov.

R. 1683.

25



RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,
GOTTLOB FRIDE-
RICUS SEITZMANN

Metaph. & Phys. Prof. Facult. Philos. Decan,
Magistri Cathedral. Archidiacon. & apud Lipsienf.
adhuc Ducalis Collegiatus,



AD
Frequentandas benevolè Exequias,

Quas
SCITISSIMÆ PUELLULÆ,

CATHARINÆ

DOROTHEÆ,

Filiolæ suæ primogenitæ; nunc eheu! desideratissimæ,

VIR

Nobilissimus, Amplissimus ac Consultissimus

DN. HENRICUS
CONOVIVS,

J. U. L. & Practicus apud Nos famigeratissimus,
paratas hodiè cupit,

Omnium Ordinum ac Dignitatum CIVES ACADEMICOS,
quâ fas est, humanitate vocat ac invitât

ROSTOCH, tracto W EPLINGIANO, Acad. Typogr.

25.

I. N. 7.



PRIMITIAS! Hæc
illa vox, quam lego homini
tributam, in Agrum de-
scendentisuum, ut primos
ibi, si quos videret, fructus
secerneret, & juncô signô-
ve alio circû ligatos **DATO**
R omniû **TEROPTIMO**
eâdem, ceu solenni formu-

lâ devotè destinaret, Digna, de cuj9 fontibus non-
nulla impræsentiarû, sed paucissimis, attingamus.
Sic verò dirigendus erit uterq; oculus ad sanctam
legem, quâ, ut **PRIMITIAS** offerret **SIBI**, in ter-
ram, lacte affluentem & melle, perducta Israël's
Gens, jussit Dux ejus atqve Tutor unicus. Vide-
as ipsam in **Exodo** (c. 34, v. 26.) primùm latam;
in **Numeris** (c. 28, v. 26.) postmodum repetitam,
in **Deuteronomio** (c. 26, à v. 2.) deniqve dedu-
ctam prolixius atqve expositam. Neqve de-
esse quædam in Ethnicorum libellis vestigia ad-
vertas, s. Theocritum libeat Ovidiumve, s. Pli-
nium placeat aut Homeri Scholasten adducere.
Sufficiet Propertii illa allegasse, quibus **Ventumnû**
Deum ita loquentem (l. 4 eleg. 2.) introducit:

Prima mihi variat viventibus uva racemis,
Et coma lactenti spicea fruge tumet &c:

[Vide

(Vid. de his B. Weller. Commentar. in 8. cap. Ep.
ad Rom. v. 23.) Ceterum, velut & in his obtiner,
quod generatim de sacrificialibus habet ritibus B.
Fraanzius: Satanam ipsos contra voluntatem DEI in
ter omnes populos totius mundi, in omnibus angulis
excitasse, ut ita obscuraretur & prorsus obliteraretur
rituale hoc Ibraëlicū Evangelium & c. sic, penitus di-
missis aliis, quæ ex scripturâ memorari breviter
hic queunt, vel tribus afferemus. Quem ergo, quæ-
rimus ante omnia, lex ista obligavit? quem de-
cuit fructus colligere primū maturescentes
ac consecrare Domino, abs quò speranda ipsi
futura messis integra? Quem? nisi Ibraëlitam,
proprii quid in terrâ illâ possidentem: nisi &
Profelytum proprietatis quoque gaudentem
gloriâ. Sic enim confiteri tenebantur, non suâ
industriâ, sed singulari Dei clementiâ se huc deductos,
huc admissos esse, hic fructibus beari (v. iterū Weller.
c. l.) longè dulcissimis feracissimisque. Nimi-
rum laudes terræ Canaan ex Deuteronomii VIII,
8. si excerpamus, illustres satis fructuum speci-
es proponi Tibi, easque septenariò comprehen-
di numerò, clarissimè perspicias. Atque eæ
sunt (secundo loco hic in re ponderandæ) de qui-
bus primitias afferri debuisse, ipsissima legis ver-
ba: *Et accipies de primitiis omnis fructus terræ;*
evidenter attestantur. Quod si exigua illæ quan-

titatis forent, cum de montanis non ticeret, non de Ig-
 bilibus, sed optimis colligere primitias fructibus, addita-
 mentum quoddam ac coronamentum s. ornamentum
 de septem iis speciebus adjungi potuisse, ex plus quam u-
 no Rabbinicorum loco deducisoleat. Sed actus adducen-
 tium quod attinet, separare primitias ac accipere, per-
 ferre porro ad templum & ante elegantem in ordinem
 disponere fas erat, ut lectio de beneficiis divinis eò latius
 posset subsequi. Quæ omnia qui curiosius delineata legere
 ac ex Autoribus illustrata pervidere discipit, *Fasciculum*
Theologico-Philologicarum Disputat. Venerandi Argentora-
 tensium Theologi, Sebastiani Schmidii, evolvat, ultimamq;
 ejus (quæ est in locum 1. Cor. XV. v. 20.) Disputat. perlustret.
 Obferet se ejus obtutui ac judicio præter hæc dicta tri-
 plex genus, unde ad primitiarum Primitias accessus datur;
 Nanciscetur oblationi earum adjecta divinæ laudis capita
 meditando ansam; exhibebit se typi hujus ad antitypum
 principem adplicatio. O quam dulce his ex contempla-
 tionibus mel nascetur pio devotoque animo; cui in Pri-
 mitiis obdormientium, Christo, spes est & fiducia. Quod
 superest (nam breves nos esse & attingentes saltem non
 pertractantes rem totam jubet angustum tempus & occa-
 sio) non negligenda hic omninò fuerint, de oculis offe-
 rentium quæ in Schickardi Jure Regio *Theorem. XV. edit.*
Lipsiensis. p. 271. extant, atq; ita habent: Oblatio magna (h. e. pri-
mitiarum qd' ex X^o sic dicta) non habet præscriptam quantita-
tem in lege; sed mensura ejus vel æstimatio, quam ordinarunt
sapientes, hæc est: oculus bonus (s. liberalis) offert unum è 40;
mediocris unum è 50. malus a. oculus (i. avarus) unum è 60. nec
licet minus offerre parte sexagesimâ. Scilicet, huc tandem
cedunt omnia; Bonâ mente qui Domino dedicabat,
 bono

bono oculo destinabat primos fructus; bonâ etiam voce
pronunciabat illud separantis non minus ac offeren-
tis (cum utriqve competere idem possit) quod in prin-
cipio præscriptionis hujus positum est: ECCE PRIMI-
TIAS! Nam ut deveniamus nunc ad id, cujus gratiâ me-
morata modo attulimus, sit mihi integrum, Primitias
inter recensere primogenitam Nobilissimi Amplissimi-
qve VIRI, DN. HENRICI CONOVII, J. U. L.
Dignissimi ac Præf. ap. Nos famigeratissimi, filiulam,
non ita pridem natam mox denatam. Tametsi en-
ad hæc nostra tempora lex illa non pertingit; Quid
umbrâ opus, ubi res ipsa præsens est? ex Johannaâ tamen
(*Apocal. XIV, 4.*) ipsiusqve adeo Spiritus S. mente ad ani-
mas Deo selectas Primitiarum Titulus accomodari valet.
Atqve his etiam annumerata confestim fuit Scitissima
puellula, ceu primus, à Deo fructus, cum Patri Amplissi-
mo ex Uxore Conjunctiss. Nobilissimâ honestissimâq;
fœminâ, CATHARINA **Berndes** / Mœstissimâ nunc
Matre, progenerata, mox regeneraretur, & ut benignum
DEI Donum sacrâ aqvâ mundandum sub CATHARI-
NÆ DOROTHEÆ Nomine summo Datori offerre-
tur. Dixere tùm Parentes lætissimi: Ecce, ô DEUS,
PRIMITIAS, quas dedisti; sint sacræ Tibi in primitia-
rum Primitiis, SALVATORE Nostro, succrescantqve
Tuæ gloriæ, Nostro gaudio, cujus largissimam promittit
nobis messem. Sed en. vix eheu! promissit; ubi crepta
hinc & ad messem æternum, duraturâ præmaturâ morte
translata Suis nil, nisi desiderium reliquisse videtur. Fe-
stinavit quippe ad Paternum Maternumq; Avum; illum,
spectatissimum Virum, DN. JOHANNEM CONOVIIUM,
qui, dum viveret, erat è primariis hujus urbis Civibus ac

X3

Nego-

Negotiatoribus; hunc? Amplissimum Virum, DN.
HENRICUM **B**rendes/ S. Regiæ Maj. Sveciæ Ve-
ctigalium Stralsundensium Inspectorem fidelissimum.;
Utrumqve unâ cum Avia Paternâ, Matronâ Optima.,
MARGARETA **B**ysten / *viv. ex aq. i. s.* Ad illos, inq. vâ, æqve
ac ad hanc festinavit in Cœlum beatissima primæ Ne-
ptis animula, ut, quibus viva adhuc per DEI gratiam
(utinam & imposterû diutissimè) Materna Avia, Matrona
qvoqve pietatis Amantissima laudatissimaqve, TILE-
SIA **M**æssell/ ex floridâ Masseniorum familiâ ori-
unda, per breve satis tempus ab XI. Octobris, Natali,
ad VI. Decembris, emortualem, diem, gavisâ est am-
plexibus, iisdem longè latioribus in secula non termi-
nanda *ampli* illi possint perfrui Sicq; primitias simul po-
poscit suas & ex agro hoc terræ non rarò pluvio in tem-
plû Hierosolymæ perpetuæ perduxit ipse summus Pater.
Quâ vero mente, quò oculò, quâ voce di-
mittunt istas Pater, Materqve, quâ Avia Con-
sanguineique ceteri in terris? Mens tristis est,
oculi madent, vox dolores spirat, cum amce-
nissimum in his felicis Matrimonii primitiis
delicium, subtractum sibi subitò ac aliò desti-
natum meditantur. Non quasi denegarent
has primitias supremo Domino, cuius eas-
dem benedictioni debebant unice; sed quod
servatam hîc filiolum per pietatis atque ho-
nestatis studium à mundi separare vanitati-
bus, sicque divino cultui consecrare mallent, si
ira visum rerum humanarum Directori esset,
Mallent

Mallem, inquam, si ita Deo suo vilum ener.
Idem nunc cum petierit quod suum est: cum is
voluerit in templum adduci primitias has,
cui tandem inferendæ erant; ECCE, ajunt,
si bonum hoc à Te suscepimus, Dator opti-
me, cur non reddamus Tibi? sint Tuz boni-
tati confisæ mentis *Tex. p. 10. 101*! Et ô beatos ter-
que ac quater ad Deum, istiusmodi in luctibus,
qui hocce modo respiciunt Parentes! Ut e-
nim nunc sunt tempora in deterius ubivis lo-
corum vergentia, ut nihil nobis reliquum, nisi
timor & angor, ita his ex periculis quos subito
Deus eripit, cur non tranquillo potius ac æquo
animo; quam fletibus & suspiriis prosequamur?
Vix aliquam sentiunt, qui tam cito hinc dimit-
tuntur terræ injuriam, & supra omnes injurias
vel ante ipsum sensum earundem collocati tri-
umphos canunt nullo ævo desituros. Est om-
terim non pauca invenire rationem, quæ inno-
vando indies dolori, ceu copiosam quandam
fuggerat materiam; solatia urgeat abs li-
beris, firmaturam faustiter assurgant ad æta-
tem, certissimè expectanda; lætitiæ in filia-
rum sponsis familiaque alia prolixè eloquatur:
Movere talia queunt animum in Deo quiescen-
tem non superare; afficere sub initium valent
non perturbare penitus. Vincit dolorem.

Celsi

Celsi Patris Amor, cui pignus datum, ut ut dul-
cissimum, promptissimè jubet restituere Pie-
tas: vincit eum, quamvis primum, quâ Deo ad
solvendas paratissimè primitias tenemur, obli-
gatio; Vincit atq; efficit, ut postulanti Domino
geramus morem ac lubenti mente respondeam:
9: ECCE PRIMITIAS! De parem hodiè ser-
vetq; mentem, merito quidè tristissimis, sed Ei
tamen, qui summum vitæ ac necis jus habet, se
permittentibus Parentibus ac Aviz à quo ve-
rum solatium, & jubeat oblatas sibi has primiti-
as felicitatis amplioris certum signum esse, ceu
quondam illæ messem integram pollicebantur
(vid. rursus Well. c. l.) Audiatur Ipse, & exaudiat pre-
ces hæc, iisq; pondus indat efficacissimū! Sed ad
Vos se nunc, o CIVES ACADEMICI hono-
ratissimi, convertit hæc præscriptio, utque hæc,
novis his Domino dicaris primitiis dictâ velut
oblationis, die frequenter solennitati isti in-
teresse, Vosque omnes emptas Deo ac Agno
primitias, juxta Apocalypsicū superius allegatū,
demonstrare velitis, quâ fas est benevolentiam
ac studio, rogat; quod ex Primitiarum formulâ
intinuatum moestissimis Parentibus solatium
vestrô etiam assensu rite confirmetur. Ade-
ris spero, & aderit Nobis, cui omnes Nostræ
debentur Primitiæ, P. P. d. XIII. Decembr.

A. 1683.

Conveniemus in Æde Marianâ hor. I,

Mallem, inquam, si ita Deo
Idem nunc cum petierit quod
voluerit in templum adduci
cui tandem inferendæ erant;
si bonum hoc à Te suscepimus
me, cur non reddamus Tibi?
tati confisæ mentis *Tex p. 101*! E
que ac quater ad Deum, istiusm
qui hocce modo respiciunt Pa
nim nunc sunt tempora in de
corum vergentia, ut nihil nobis
timor & angor, ita his ex pericu
Deus eripit, cur non tranquillo p
animo; quam fletibus & suspiriis
Vix aliquam sentiunt, qui tam c
tuntur terræ injuriam, & supra
vel ante ipsum sensum earunde
umphos canunt nullo ævo de
terim non pauca invenire ration
vando indies dolori, ceu copios
fuggerat materiam; solatia
beris, firmaturam faustiter aff
tem, certissimè expectanda; ha
rum sponsis similiaque alia proli
Movere talia queunt animum in
tem non superare; afficere sub
non perturbare penitus. Vu



the scale towards document

092